



BIBLIOTECA

del

INSTITUTO


Y PROVINCIA


de

HUESCA.

Nº 4.

Est tab





+

99

Theologiae Expositivae
 Tractatus juxta Miram
 Ang. Prep. s. Doctrinam
 et N. R. P. I. Emanuelis d.
 S. Hieronimo accurata
 Explanationem ad Sacrae
 Scripturae intelligentiam utilissimam.

99

Proemium

*L*iteras nescit (Verba sunt Doctoris Maximi) qui
 sacras ignorat: nam a sacris literis omnia ut a vero solidoq. fundamento
 pendent, sine quo nec Philosophia consistere potest, nec Theologia nec alia sci-
 entia perfecta, nec recta verbi Dei fidelibus persuasio. Qua propter, ut omnia haec
 magno cum fidelium animarum profectu in Ecclesia Catholica regerantur et ne ignora-
 tia sacrarum literarum, quae spiritus Sanctus summa libertate hominibus tradidit summa
 gravitate in eis in dies inualescat Sacrosancta Aecumenica Tridentina Synodus Sessione
 5.ª Cap. 1.º de reformatione sacrae scripturae lectione in Ecclesia instituit. Deinde à necessitate
 talis notitia compulsa ad Regularem Claustra in particulari se convertit. Condeq. lectio-
 nem in eorum Domibus praecepit his verbis: in Conventibus Regularium in quibus studia co-
modè vigere possunt sacrae scripturae lectio habeatur. Cui sanctioni Nostra Discalceata
 Carmelitica Religio obtemperans sic statuit in 2.ª part. Constitut. Cap. 4. Præter Scholasticas
Theologiae lectiones alia sacrarum Bibliothecarum addatæ: cuius lector omnia et sola prælectio
Biblica quae ampliori sacrae paginae viam aperiant discipulos edoceat.

2 Ad sacra q̄o paginā (Dilectissimi) accedamus ne celestis hic thesaurus nec-
lectus jaceat, et ne ejus ignorantia in nobis occasione erroris praebeat. totis viribus ad ejus in-
telligentiam animā covetamus, inquirēdo ejus existentiam, causam, et pro p̄latores, in-
vestigando regulas, quibus ejus profunditas, ejus obscuritas et difficultas vincī possunt, ejusq̄
verū sensus tam mysticus, quam literalis, proprius et improprius, seu metaphoricus ali-
quali facilitate exui possit. Sed pro computo deficit anima nostra, maxime calamitas
debito q̄ passione languescit, sed nō ab se humilis timor, qui sapientia initium rēcu-
pat, nā D. Greg. de sp̄itu studio dixerit in lib. Mor. sic ait: Divinus sermo sacra sp̄itu
ut fluvius planus, et altus, in quo et agnus ambulet, et Elephas natet. Ac si aperte dicat
humili, ac pavido agno in tāto pelago ambulare cōceditur; impavido, ac tumido
Elephanti non sine periculo proprii venti natare permittitur. Sp̄itus omni elatione
proposita humiliq̄ timore cōcepto fluvium hūc sacra sp̄itu nō ut altū, et periculosum
sed ut planū, et seculū procuramus ejus rivulos desuper radiante lumine percautes ejusq̄
celestes aquas plena voluptate libantes ut ex eis fiat in nobis fons aqua salientis in vi-
tā eternā. Accedamus ad scientiā, quae docet ignoros acquit oculos excitat torpentes sti-
mulat dormientes. Corripit exarantes, erigit coxuetos justificat pios et damnat perverfos.

Disputatio Prima Praemialis De objecta & necessitate Theologiae Expositivae

Hāc disputationē praemittimus ad facilitatē intelligētiae dicendū et ideo antiquā de eti-
ologia Causis, proprietatibus et sensibus sacra sp̄itu dixeramus aliqua breviter de Theo-
logia expositiva praemittenda duximus. Sp̄itus Notandū est q̄ Theologia Graece, Latine
est idē ac sermo, ratio, seu cōsideratio de rebus Divinis et ideo sic describi potest: Scien-
tia Dei et eorū quae ad Deū utcūq̄ referuntur cōtemplatione cōsistit. Dividitur
autem in Theologiam Beatorū quae ex revelatione manifesta procedit et est duplex scilicet
Dei et Creaturarū et in Theologiam Viatorū quae ex revelatione obscura et facta per fidem no-
vas virtutes deducit. Utraq̄ est naturalis, sed illa clara, haec obscura, illa evidens, haec in-
evidens, illa subalternata et haec subalternata.

Utrius Theologia viatorū (scilicet Theologia
naturalis) quae nil aliud est quā scientia seu cognitio rerū Divinarū secū dū qd lumine
naturalis cognosci possūt) in quatuor dividitur partes. scholasticā, expositivā, mysticā, et
moxalem, quae divisio etiā adequata nō tamē generis in species, sed pure materialis est:
semper enim una in specie atomata cōservatur propter unitatē rationis formalis sub qua
quae ut revelatio virtualis et mediata. Scholastica enim Theologia versatur circa propo-
sitiones de rebus Divinis speculativas ex principis revelatis legitimo discursu deductas.
Vg. de existentia, essentia, et unitate Dei, de Trinitate personarū De. Moralit̄ versatur circa
propositiones practicas ad dirigendos mores conformās illos voluntati Divinae revelatae.
Mystica versatur circa propositiones etiā practicas ad perficiendā voluntatē per unio-
nē affectivā cū Deo revelato.

Expositiva itādē de qua in praesenti nobis est sermo circa
principia à Deo per Cera verba loquēte, revelata, nō assentiēdo illis praesens, quia hoc
est propriū officii fidei, sed ostēdēdo eorūq̄ credibilitatē provādo, auctoritatē, inquirēdo
verū sensū sub velamentibus verborū, figurarū et rerū latentē, et hoc ab impugnatori
defendēdo. Unde Expositiva Theologia sic recte definitur: Scientia verbi Dei declarativa
Per primā particula quae gerit vires generis cōvenit cū aliis scientiis; haec enim est vere sci-
entia quia est virtus intellectualis procedēt modo discursivo, et in proprio objecti contempla-
tione sistens praecipue, sed quia speculativa, ars, nec prudentia nō est et quia discursiva

nō est habitus primorū principiorū: qđ est vera scientia; per subsequētes particulas ab illis cū quibus cōvenit secernitur.

Notādū est 2.º qđ in præti plura possent inquiri circa

Theologia Expositivā, videlicet: an sit scientia practica, vel speculativa; an sit subalternata, vel subalternata scientia Beata, et an sit entitativa supernaturalis; sed quia de his exaudite tractat N. Paulus à Conceptione D. V. proem. solū investigamus ipsi objectū et necessitatē, at id eo sit.

Quest. 1.ª De objecto Theologiae Expositivae

Dicendū est 1.º objectū formale qđ in esse rei Theologia Expositivae esse Deū loquēte per scripturas et traditiones. Præ ratione Deū secundū se sit objectū adequatū Theologiae totius qđ Deū ut loquētem per scripturas et traditiones est objectū formale qđ expositivae Theologiae. Præ. Conq̄a: obitū formale qđ in esse rei cuiuslibet tractatus à tota scientia specie inditanti deus esse obitū formale qđ totius scientiae cū aliqua limitāte determinate ipsū ad materiā talis tractatus; sed nulla determinatio supra Deū qđ est obitū totius Theologiae magis coarctat ipsū ad materiā huius tractus quā locutio ipsius per scripturas et traditiones qđ Deū lo. Maior est cetera sic se habet totū ad totū, sicut pars ad partē. Mi. p̄tux nā determinatio obitū quo in esse rei, quā est forma constitutiva obitū qđ atēdēda est ex his in quibus talis habitus insudat; sed præti tractus præcipue insudat in cōsideratione Deī loquētis per scripturas et traditiones

Dicendū est 2.º objectū quo in esse rei Theologiae expositivae esse Deitatem, seu Veritatem in esse cōnotata auctoritate explicatē locutionē Deī ad nos per scripturas et traditiones. In clilo. xāne: obitū quo in esse rei Theologiae expositivae est constitutivū formale, et specificativū obitū quod ipsius Theologiae expositivae; sed Deitas in esse cōnotata auctoritate explicatē locutionē Deī ad nos per scripturas et traditiones est constitutivū formale et specificativū qđ in esse rei Theologiae expositivae qđ. Ma. et cetera. nā distinctivū obitū qđ in esse rei nrae Theologiae ab obitū qđ tā fidei quā alterius Theologiae nrae materialiter distincta est constitutivū formale qđ obitū qđ in esse rei nrae Theologiae; sed Deitas in esse cōnotata auctoritate explicatē locutionē Deī ad nos est distinctivū obitū quo in esse rei ab obitū qđ tā fidei quā alterius Theologiae à nrae materialiter distincta qđ. Maior cōnotat nā constitutivū et distinctivū idē sūt. Mi. p̄tux quia præti tractatus et est Theologicus, et ut expositivus, nō vere mysticus, nec mysticus nec quo ad rē est, quo ad modū scholasticus et ut ipse scientificus ab aliis et aliter distinctus; sed quia Theologicus respicit Deitatem p̄tū obitū quo in esse rei et quia expositivus revelat Deitatem ad propriā materiā et ut distinguatur à ceteris Theologicis: qđ.

Dicendū est 3.º ra-

tionē sub qua seu objectū, quo in esse obitū esse revelationē virtualē, et mediata Deī loquētis per scripturas et traditiones. Pr. xāne: ratio sub qua seu obitū quo in esse obitū Theologiae expositivae deus esse quaedā pars obitū quo in esse obitū totius Theologiae ut cōtracta ad propriā materiā Theologiae expositivae; sed revelatio virtualis et mediata ut cōtracta ad Deū loquēte per scripturas et traditiones est obitū quo in esse obitū totius Theologiae qđ revelatio virtualis et mediata ut cōtracta ad Deū loquēte per scripturas et traditiones quā sūt materiā propria huius scientiae est obitū quo in esse obitū illius. Maior ut cetera: quia sicut Theologia expositiva ut quaedā pars totius Theologiae ita obitū quo in esse obitū Theologiae expositivae deus esse quaedā pars obitū quo totius Theologiae. Mi. est comunis Doctrinae Theologiae.

Dicendū est 4.º objectū materiale Theologiae expositivae esse omne ens revelabile qđ quo modolibet subordinari valet ad Deū loquēte per scripturas et traditiones juxta gradū qđ subest vel potest subesse revelationi virtuali. Pro intelligentia resolutionis nota quaedā entia esse, quae actu subitāt revelationi virtuali Deī loquētis per scripturas et traditiones, quae hoc ipso ad obitū materiale Theologiae expositivae et proximum pertinent; quaedā autē esse quae actu nō subitāt tali revelationi potest tamē subesse, quae licet non pertineant ad obitū materiale proximum Theologiae pertinent tamē ad obitū materiale remotū: quo supposito.

Præ Conclusio: objectū materiale cuiuslibet scientiae est illud qđ subest, vel potest subesse rationi formali ipsius cū subordinatione ad obitū formale primariū qđ sita ut si actu subest, sit obitū materiale proximum, si actu nō subest potest tamē subesse sit obitū materiale remotū; sed omne ens revelabile vel actu subest vel potest subesse revelationi virtuali Deī loquētis per scripturas et traditiones, quae est ratio sub qua Theologia expositivae qđ omne ens revelabile vel proxime, vel remote est obitū materiale nrae Theologiae.

Præ

A.

Arg. 1. C. 1. d. cluionē objectū forte quod Theologia expressa est omne ens revelabile: qd non est Deus ut loquar per scripturas et traditiones. Pr. ant. Theologia expressa est indistincta a tota Theologia; sed obiectū totius Theologiae est omne ens revelabile ut docet D. Thom. in prologo sentet. per haec verba: parum dicitur ens Divinum cognoscibile per inspirationē sui objectū huius scientiā: qd — R. nego ant. et ad eius probationē negatur primo cui nil favorit authoritas D. Thom. quia nō loquitur ex propria sententiā, sed ex mente Mag. Sententiarū; vel secūdo respondēri potest S. Doctore nō loqui de obiecto materiali formali qd sed de obiecto materiali et extensivo Theologia ad qd omne ens revelabile pertinet.

Arg. 2. C. 2.

clumē: si Deitas in mundo esset obiectū quo in esset Theologia expressa h. e. esset perfectio charitatis; sed hoc est falsū. Pr. ma. perfectio habitus sumitur ab obiecto; sed si Deitas in mundo esset obiectū quo Theologia expressa esset perfectio obiecto charitatis, qd est bonitas Divina quae ad hanc attributū pertinet ut Deitas vero ad primordiale: qd — R. nego ma: cuius probatio distinguenda est: perfectio habitus sumitur ab obiecto in esset: nō ma: in esse obiecti: cōdo ma: et distincta mi: negatur cōtra: licet enim perfectio ut Deitas, Divina bonitate in esse rei: in esse obiecti Theologia expressa et charitatis, e cōtra se habet qui bonitas Divina ut est in se ut obiectū charitatis, Deitas vero est obiectū Theologiae expressae nō ut est in se; sed ut est in intellectu creato media revelationi virtuali deducta discuntur h. h. h.

Arg. 3. C. 3. d. cluionem

Theologia expressa habet diversā rationē ac Theologia in communi; sed huius ratio sub qua est revelatio virtualis: qd. Pr. ma. Theologia expressa specificē difert a Theologia in communi: qd habet diversā rationē forte sub qua ab illa. Pr. ant. si unanō difert ab alia specificē solū numero inter se distinguuntur; sed hoc est falsū alias duo accidentia solo numero diversa essent in eodē subiecto: qd — R. nego ma: et ad probationē distingo difert specificē materialiter: cōdo: specificē formaliter nego ant. et cōtra. Trad. diximus utraq. Theologia non distingui inter se formali solo numero; sed specie formali ad modū qd logica ut definitiva distinguitur a Logica communi, et aut divinitiva, et argumentativa.

Arg. 4. C. 4. d. cluionem

si Theologia expressa ageret de omni ente revelabile et reducibile ad Deū ut loquens per scripturas, et traditiones nō esset scientia; sed hoc est falsū cū sit idem habitus cū Theologia scholastica quae est vera scientia: qd. Pr. ma. scientia nō agit de singularibus et contingētib; sed si Theologia ageret de omni ente revelabile ageret de singularibus et contingētib; scilicet de de gētib David et Abrahā et aliis qd.

R. nego ma: et ad probationē distingo difert de singularibus et contingētib sub ratione necessariā: cōdo: sub ratione variabili et contingētib nego mi: et cōtra. Licet enim alia scientia nō agant de singularibus et contingētib quia procedūt ex lumine primorū principiorū universalium et necessariorū: Theologia expressa potest de illis agere quia procedit ex lumine revelationis Divinae sub qua nullā h. h. h. — R. 2. Theologia expressa ageret de singularibus nō primario sed secūdo in quātū introducūt in exemplū vitā ut ad declarandā vitā auctoritatē per quos ad nos revelatio Divina proceit supra quā fūdatur sacra scriptura, seu doctrina; ut ait D. Thom. 1. part. q. 2. ad 2.

Questio 2. Vtrum Theologia Expositiva fuerit omni tempore necessaria in Ecclesia ad Salutem

Pro huius questionis intelligentia per oculos habendū est Ecclesia posse sumi dupliciter primo pro ut cōpūdit tā hominib; quā Angelis nō solū viatores sed etiā cōpūdit in qua acceptioe sic definitur: societas creaturae rationalis supernaturali cōditione Deo adherētis ejusq. vero cultui mutuo comuni cōs. Secūdo pro ut cōcipitur precise sub lege Evangelica et definitur per hoc qd sit: societas visibilis fidelium baptizatorū sub uno Capite Xpo ejusq. Vicario vero culto cōmunicant.

Nota 2. Ecclesia in prima acceptioe posse cōsiderari in statu iustitiā originali in quo fuisse verā Ecclesia est commune Doctore glauitū tā in eo statu Adamus, et Eva fuerūt fideles et erga Deū vāculū se associati. Deinde potest cōcipi in statu legis naturae, scilicet sub Patriarchis in quibus fidei mansit in cōrupta, Adamus enim post peccatū fidem cōservavit et in ea ceteros instruebat ut docet D. August.

15. de Civitate Dei. Preterea potest considerari in statu legis scripte a Moyse usque
 quo ob maiorem proximam ad vitam eternam et amplius fidei. Denique
 corrigi valet in statu legis Evangelice sub Christo Domino ut Capite et Clerice in hac ultima
 consideratione concepti potest vel ut regnari claret. Qui vivunt in statu, vel ut militaverit
 fidei Catholica gubernata et de Ecclesia omnibus his statibus quibus procedit deinde statu
 Ecclesie auctoritate in quo supponimus Theologus explicita necessaria ad esse ad salutem quia
 in hoc statu salus yam est parata.

Nota 3 duo sunt genera salutis que sunt necesa-
 ria ad salutem quedam sunt necessaria necessitate medici; quedam vero solum necessitate pro-
 cepti, priora sunt illa sunt illa que sine et natura de sive, et Divina institutione requiruntur
 ad salutem ita ut sine illis salus obtineri non possit. Posteriora vero necessaria solum necessitate
 precepti ea sunt quatenus requiruntur ad consequendam salutem, quatenus si non observentur
 sine commissa gravi culpa que obstat salutis sive pro ignorantia quatenus quilibet

Decidit ut Theologia explicita in omni statu fuit et esse necessaria necessitate medici
 in Ecclesia ad salutem. Item 5. conclusio rationi omnibus Ecclesia statibus communis in omni statu
 tu in quo fuit necessaria fides, fuit necessaria Theologia explicita; sed in omni Ecclesia statu fuit
 necessaria fides qd. Minor est explicita Thom. in 3. dist. 2. art. 2. quodammodo abies
 ponunt illa verba Apostoli ad Hebraeos 11. Credere enim oportet accidentem ad Deum quia est
 et inquirentibus se communitatem ut: ait S. D. Theol. potuit illa que oportet credere explicita
 a quolibet homine in quocumque statu. Maior vero patet in omni statu in quo fuit necessaria
 fides fuit necessaria Theologia explicita et ea ab impugnatoribus defendere; sed hec sunt propria
 munia Theologia explicita qd. Maior constat ex Theol. ad Rom. Cap. 10. ubi ait: fides ex audita
 et minor est evident qui cum Theologia explicita ut scientia verbi Dei declarativa ad ea pertinent
 Verba Dei a fide proposita explicare et ab impugnatoribus defendere.

Probatur 2. co.
 classis specialiter pro statu innocenti: Deus revelavit Adamo ea que sunt propria
 (si enim) oportebant credere ad salutem: sed ad hac necessitate necessitate medici fuit The-
 ologia explicita qd. Maior est indubitata apud Theologos. Minor vero patet nam Adamus eam
 sibi fuerunt revelata ut necessaria necessitate medici credenda ad salutem suam filios
 edocere debebat et ab impugnatoribus defendere sed hoc est proprium The-
 ologia explicita qd.

Nota 3 pro statu legis naturae, id est a peccato Adae usque
 ad Moysen; quia vixit Ecclesia ininterrupta successione duravit a penitentia Adae
 usque ad Moysen; sed ad hanc dubitationem erat necessaria in aliquibus Theologia explicita
 qd. Maior est communis S. D. et Theologorum: Minor vero patet nam potuit Ecclesia contineri
 in membris ipsa Ecclesia componentibus quia fides est forma, sive moralis anima
 Ecclesie; sed ut fides in membris Ecclesie conservaretur erat necessaria Theologia explicita
 saltem in membris principibus cum in eo tempore maxime creverit idololatria qd.

Nota 4. pro statu legis scripte a tempore Moise usque ad Christum: tempore legis scripte
 non erat necessaria necessitate medici ad salutem fides Christi. Preterea ista ut talis fides
 esset saltem implicita in minoribus et explicita in maioribus sed ad hoc erat necessaria
 in illa Theologia explicita que potuit membris ecclesie explicare qd. Maior ut D. Tho-
 2. 2. q. 2. art. 1. et minor ut constat nam fides implicita minime est aliud est quam credere
 ex testimonio Dei iuxta predicantem doctrinam.

Nota 5. pro tempore legis Evangelice
 specialis cura Ecclesia explicita Theologia explicita preterea Ecclesie Theologia est signum videtur necessi-
 tatis talis scientie sed Ecclesia summa cura satagit foveat et conservare Theologiam
 explicitam qd. Maior constat ex se Minor vero ex Concilio Lateranense sub Innocentio 3.

6. Cap. 3. et ex traditione verione 5 ubi in Cathedralibus et Collegiis Monasteriis et conventibus regularium lectionem sacre scripturae seu thesauri expone immittit et precipit.

Argumentum 1^o. Quod est necessarium necessitate medi ad salutem est id sine quo salus obtinere non potest sed sine thesauri expone salus obtinere potest: quod patet in his quibus salus a rusticis et illiteratis salutem etiam sunt consecuti ut nemo negavit; sed isti thesauri expone auxerunt quod. Atque distinguenda ratio sine thesauri expone in aliquibus salus obtinere potest modo: in omnibus vero et consequenter medi ad salutem in Ecclesia non in omnibus Ecclesiis individuis sed in aliquibus scilicet in doctoribus et Magistris quibus cura incumbit docere Militem et dei explicare.

Argumentum 2^o. Thesauri expone non potuit esse in Adamo tempore justitie originari: quod. 2. ante thesauri expone natus in fide traditorum et ad ipsam declarandas dicitur; sed in Adamo tempore peccati originali non fuit fides sicut nunc est de defectu cognitionis Christi. ut recurremus quod. Item nota ante et ad propositum nego in fide in statu iustitie et in peccato idem obitu formale in quo quia quod habuit ac nunc habet nostra fides est solum in defectu in obiecto secundario ex defectu cognitionis Christi ut hereticis, quod non sufficit ad specificam variationem fidei.

Argumentum 3^o. Omnes in statu naturae poterant salvari obsequio thesauri expone: quod. hoc in illo statu non erat necessarium. Item ante in tali statu poterant homines salvari per adimplerem legis naturalis sed lex naturalis poterat adimpleri obsequio thesauri expone: quod. Cor. 2. ubi dicitur: factores legis iustificabuntur. Minor vero est ex eodem Apostolo loco cit. ubi ante verba relata haec habet: Senes quae legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt; sed ad ea quae naturaliter fiunt non est necessarium thesauri expone quod.

Argumentum 4^o. In peccato vero ante et ad propositum nego in statu naturae poterant salvari per adimplerem legis naturalis sumptosi nego elevatas et adjuvatas lumine fidei et alio auxilio gratiae quod. et distincta mihi nego cont. non enim poterant homines in illo statu lege observare modo debito ad salutem per viam naturae videlicet se considerantes, hoc enim in omni statu damnatum est contra Pelagium et eius sequaces a Concilio Tridentino. Sessio. 7. Can. 1. 2. 3. ubi dicitur: Si quis dixerit sine preveniente operis sui promotione esse ejusdem adiutorio hominem credens deliquisse, aut perire posse sicut opusset ad salutem anathematizetur. Theoria viam naturae debet esse elevata et roborata lumine fidei alioque auxilio gratiae ut per eas salus obtineatur ad quod necessaria est thesauri expone. Et in hoc sensu intelligendus est Apostolus juxta D. Thomam exponens illa verba: Senes quae legem non habent ea quae legis sunt faciunt ubi lect. 3. ait quod dicit naturaliter dubitationem habet videtur enim patrocinari Pelagiano unde ex parte dicitur est naturaliter dicit per naturam gratia reformata.

Argumentum ultimum. Tempore Moysi existit sacra scriptura et nunc existit in Catholica Ecclesia sed supposita sacra scriptura sed non est necessaria thesauri expone quod. Sacra scriptura per se ipsa irritavit in fide et dicitur contra verum in fide inveniuntur per supposita sacra scriptura non est necessarium thesauri expone. nego. mi. quia cum litera scriptura aliquando occidat, ut ait D. Paulus opus est doctorum ea explicante et iudice supremo controversias in scriptura et fide inveniuntur dixerunt, sed de hoc plenius contabit corde iudice controversiam tractemus.

Disputatio Secunda De Essentia Sacrae Scripturae

Questio an sit iuxta compositionis methodum communiter proponitur; nobis vero ad essentia incipere viam fecit, quia verba in definitione non dicunt actum sed aptitudinem, et ideo si sacra scriptura actualiter non existit, nec potest de ipsa existentia tractare non ideo irremediabilis est ipsa essentia cuius non repugnantia ad existendum ex declaratione essentia magis constabit: maxime quia ipse existentia approbavimus si scriptura essentiam ignoramus ideo sit

Questio Prima

Quid sit Sacra Scriptura, et quomodo definienda

Non requiramus in presenti de definitione quid existat; quia cum plura sint sacra scriptura nomina non una, sed plures definitiones debent adduci: a Platone enim dicitur Deo, Paulo, Dei testamentum, ab Augustino Epistola Dei, et ab ipso Spiritu Sancto, speculum vite multa, candida Luxus Oceana, Lumen inexstinguibile, vapor virtutis Dei, emanatio sincera claritatis divini potentis, et ab aliis Theologis, aliis nominibus insignitur quibus delictum ad rei definitionem accedamus ut ista conclusio.

Secunda est sacra scriptura sic recte definitur: verbum Dei formaliter scriptum ipso Deo peculiari autore. Prima solutio definitio constat recto genere, et differentia est recta; sed alia definitio sic se habet qd. Prima mi. applicando definitionem: nam illa particula verbum Dei habet rationem generis quia quia verbum Dei ^{convincit} sacra scriptura cui traditionibus Divinis et Apostolicis cum veritate rationibus privatis cum definitionibus legitimis Concilii, et cum decretis Pontificis sui fidei et monum ex cathedra definitis; a quibus differat per subsequentes particulas; nam per formaliter scriptum differat a traditionibus Divinis, et Apostolicis et a revelationibus privatis quibus omnino ^{accidit} ut scribantur. Denique per ipso Deo peculiari autore differat a definitionibus Concilii Generalis, et decretis Pontificis ex cathedra loquentis, quia haec non sunt a Deo quoad singula verba sed solummodo quoad sententiam. Prima 2. Quia: sacra scriptura sit regula infallibilis fidei scripta continentem auctoritatem Divinam; inf. non est talis si non esset verbum Dei scriptum ipso Deo peculiari autore qd. Prima mi. ut sacra scriptura sit infallibilis regula fidei scripta continentem auctoritatem Divinam, deest obesse infallibilitatem secundum totum quod habet sed si non esset verbum Dei formaliter scriptum ipso Deo peculiari autore non obesseret infallibilitatem secundum totum quod habet quia Dei solius est respondere per se, nec per aliud scripto, aut verbo facta, nec facti qd.

Arguitur 1. contra

nostra conclusionem. iuxta Dialecticos in definitione differentia debet applicari generi proximo non vero remoto, sed in nostra definitione contrarium accidit qd. Prima mi. genus in proximo in nostra definitione est sacra scriptura quae a verbo Dei ^{ratio} scriptura et profana generatim non ratio verbi, quae se habet ut quid commune ad verbum mentale, vocale et scriptum quae proxime magis est differentia sed in nostra definitione differentia applicatur ratione verbi et non ratione scripturae qd.

Atque respondetur mi. ad cuius probationem dicimus rationem verbi non esse genus remotum sed proxime contrarium ad differentiam sacrae scripturae quae prout a nobis in presenti tractatur: pro quo notari sacra scriptura dupliciter concipi potest: primo, ut condistincta a scriptura humana, et in hoc infimo conceptu

Intellectus, ratio scriptura est genus proximum secundo concipitur ut dicitur a tra
ditionibus divinis et apostolicis et in hoc sensu genus ejus proximum non est ratio
sed ratio verbi Dei quae communis ut et immediate contrahitur tam a scriptura ra
tionalis qua a traditione Divina sicut a simili contrahitur in anima
ratio anima qua huiusmodi communis ut si vero definitur ut convenit cu Angelis et ab
illis sua differentia condistinguitur genus proximum non est ratio anima sed ratio spi
ritus, sic ego in nro casu nam cu sit proprius Iohannis expe tractatione de Deo loquente
per scripturas et traditiones praecipue pertinet ad nos agere de sacra scriptura ut co
venit cum traditionibus et ab eis sua differentia distinguitur

R. 2. In hac arguendo
distinguedo ma. differentia debet applicari generi proximo quando nomen totius speciei est di
versum a nomine generis proximi cond. ma. quando nomen speciei idem sonat ac nomen
generis proximi nego ma. mi. et conq. quia in hoc casu usus communis iam obtinuit an
tore genus veritatu relicto genere proximo ut virtus ejusdem rei virtus repetitis quod
in presenti accidit

Artus 2. Posse scire sacra scriptura absq. speciali concursu
Dei po. Deus non est specialis autor sacrae scripturae. P. 2. aut. potest Deus revelari
sacro scriptori sententia recubenda et relinquitur ejus naturali diomati compositione
verborum; sed tunc non solum influat Deus in scripturam sed etiam sacrae scriptor po.
Artus 3. ad ejus probationem dicimus in eo casu scripturam illam non esse
sacra quia ad sacra scriptura requiritur influxus elicitive et peculiaris Dei non
solum quo ad sententiam sed etiam quo ad verba, syllabas, comas, et apices; esset tamen
illa scriptura verbum Dei eo modo quo Decreta pontificis docentur ex Cathedra
sunt Dei verba ut in suo loco plenius constabit. P. 2. an sacra scriptura conveniat pro
prie esse verbum Dei.

Questio Secunda

An Sacra Scriptura conveniat proprie esse verbum Dei

Nota 1. questionem hanc non procedere de verbo Dei mentali, quod verbum cordis
dici solet; quia cu hoc sit terminus cognitionis mentalis procedens ex natura intelligendi
est proprium verbi Dei substantialis, nempe, secundae personae S. S. Trinitatis de
quo ait Regius Vates in Psalmo AA. exultavit cor meum verbum bonum; solum po. procedit
de verbo Dei externo, quod juxta D. Thom. quest. A. de Veritate; quia de compositionaliter
expletu de Deo dici non potest nisi metaphazice.

Nota 2. quod verbum istud in praesenti
na sumitur dialectice nec grammaticaliter; sed Iohannis, aut scripturaria; na primo
modo solum verba quae significat cu tempore possunt dici Dei verba, hac proinde in illa
propositione in principio cessavit Deus Celum, et terram; solum ly creavit quod habet essen
tiam verbi grammaticaliter et dialectice, sicut Dei verbum, si verbum Dei in sacra scriptura
continetur. Sumitur po. pro voce significante conceptum loquentis, et naturam rei demon
strande, sive hac significet per modum verbi grammaticaliter, aut adverbii, nominis, vel
pronominis &c. dummodo formaliter significet predicta, vel ad hoc aliquo modo ad
jacet, ut accentuationes syllabarum, aut alia huiusmodi, quae ex hominum usu, sive vocaliter, sive
scripte, conceptum internum significant, et rem desideratam iustificat verba scripturaria
dicuntur, quia cu res ad praesentia ut in proximum atrahit, nec conceptus interni sensus
aperire queant natura, et dei voces, et scripta inveniant quibus utriusque perficiatur ex
humana sociabilitatem, et ex parte Dei ad nos specialem providentiam.

Nota 3. quod licet
verbum

verbum externum significet conceptus internus, et xxi, primum conceptum internum
significat, quia veritas formalis in verbo externo non stat in conformitate ipsi-
us cum re significata, sed in conformitate cum conceptu interno loquentis: cuius
signum est, quod si vox a conceptu interno loquentis discordat mendacium forma-
le committitur et si maneat veritas obiectiva quae in conformitate cum re significa-
ta consistit. Quia formaliter maneat et contra mendam etc.

Novo A. Verba sacra

scripturae posse considerari vel secus dum se, et ut praecise deserviant ad co-
mmercium humanum, vel formaliter ut constituent sacra scripturae, quomodo
argumentum a Deo in ordine ad finem ipsius sacrae scripturae, scilicet in ordine
ad visionem beatam. Primo modo solum materialiter sunt verba sacra scripturae
et ideo supponimus non esse verba Dei propria loquendo. Secundo modo formaliter
sunt verba sacra scripturae et in hoc sensu difficultas procedit. Dicendum est

sacra scripturae esse propria verba Dei. Conclusio est de fide et ut talis ab omni-
bus Catholicis admittitur. Primum. 1. ipsius sacrae scripturae testimonio, quae ut scientia
eminens et superior supra scripturae reflectitur, et sui ipsius naturam comprobatur. D.
Paulus 1. ad Thim. Cap. 2. ubi sic ait: cum accepistis a nobis verbum auditus Dei ac-
cepistis illud non ut verbum hominum sed sicut est verbum Dei. Deinde Apocal. 1. 9.
sic dicitur: haec verba Dei vera sunt. Et pluribus in locis sacrae scripturae dicitur:
haec dicit Dominus locutus est Dominus: posui verba mea in ore tuo 8.

Primum. Secundo,
ratione. Sacra scripturae est verbum illius cuius conceptum internum manifestat; sed
sacra scripturae manifestat conceptum internum Dei 8. Primum. Verba primo et
per se instituta sunt ad manifestandum conceptum internum loquentis; 8. sacra
scripturae est verbum illius cuius conceptum internum manifestat. Consequenter est manifesta
et antea constat. Deinde primum. mi. primi simplicissimi: sacra scripturae est quaedam
locutio Dei ad nos 8. Consequenter constat, quia sicut scripturae humanae manifes-
tat conceptum internum hominis, quia est locutio hominis; ita etiam si sacra scripturae
est locutio Dei debet manifestare eius conceptum internum. Antea vero primum, quia ut cons-
tat ex prima probatione, in pluribus locis sacrae scripturae dicitur: haec dicit Dominus
locutus est Dominus.

Ultimo probatione Conclusio: Proprium est sacrae scripturae ha-
bere simul plures sensus, seu significationes sub eodem verbo seu voce 8. sacra
scripturae est propria verbum Dei. Antea constat cum de sensibus sacrae scripturae
tractemus consequenter vero probatur, solum verbum Dei est proprium habere simul plu-
res sensus 8. si sacra scripturae sub eadem voce seu verbo continet simul plures
sensus est proprium verbum Dei. Primum. quia proprium est solum comprehensionis Dei
plura simul cognoscere 8. Antea est D. Thom. 1. part. q. 55. art. 3. ubi ex eo probatur
excessu perfectionis supra Angelos et homines. Consequenter vero Primum, quia iuxta co-
mune axioma modo dicitur loquendi ~~et~~ sequitur modum cognoscendi 8. si solum est
proprium Dei plura simul cognoscere, solum est proprium locutionis, seu verbum Dei plura
simul significare.

Contraria sententia defenditur Haereticis pro quibus Augustinus 1.
si sacra scripturae est verbum Dei, non signum conceptus Dei; sed sacra scripturae
non est signum conceptus Dei 8. Ma. constat ex textu notabili. Minus vero primum, si
sacra scripturae est signum conceptus Dei, vel esset signum formale, vel instrumentale
ad neutrum dici valet 8. Minus quo ad primam partem primum signum formale est eiusdem
naturae, solum in esse representatio, cum se representata, seu signata; sed nulla
creat-

creatura est ejusdem materiae cum Deo magis cum eius conceptu q̄o.
 Deinde p̄ter eadem minus quo ad secūda p̄te signū instrumentale vel est natura-
 le vel ad placitū; sed utriusq̄ repugnat sacra scriptura respectu conceptus Deū q̄ p̄ter
 mi. quia in primis repugnat sacra scriptura esse signū naturale hoc enim ex sua
 natura representat; sed hoc repugnat sacra scriptura cū hoc proveniat ex volū-
 taria impositione ut volūt Delectici; deinde non est signū ad placitū quia hoc
 pro formali est ens rationis; sed sacra scriptura non est ens rationis q̄o.

Respondetur
 distinguendo ma. esse signū formale nego: instrumentale subditingo ad placi-
 tū condo naturale nego ma. Ad probationē pro huius distinctioni opponi potest ut
 ponderetur cū n̄is Salmant. tract. 2. de disp. 4. dub. 1. parag. 2. distinguendo ma.
 signū ad placitū pro formali est ens rationis in rigore metaphisico concedo: mo-
 xaliter loquendo nego ma. Pro intelligentia distinctionis nota. Signū ad placitū
 dupliciter accipi posse: uno modo metaphisico attendendo ad mensurā essentia
 constitutionē: alio modo moraliter in ordine ad locutiones inter homines utitatis;
 in prima consideratione signū ad placitū pro formali est ens rationis quia hoc
 modo constituitur tanquam p̄ter formam p̄ter relationem rationis ad signatum
 in secunda acceptione non constituitur p̄ter relationē rationis, sed p̄ter rationē
 proximā fundandi huiusmodi relationē quae ratio est eius essentia signi ut li-
 bere imposita et deputata ad significandū. Unde ex eo quod sacra scriptura
 sit signū ad placitū solū sequitur quod pro formali sit ens rationis si metaphi-
 sice consideretur in quo nullū est inconveniens ut patet in sacra scriptura quae
 in usu metaphisico sunt pro formali entia rationis: at vero si sacra scriptura
 moraliter accipiat non est ens rationis adhuc pro formali quia in hac accep-
 tionem constituitur p̄ter entitatē verborū ipsius sacra scriptura consideranda impo-
 sitione et deputacionem ad significandū quod quidē reale est.

Articulus 2^o

contra rationē Verbi Dei sit continere aliqua contraria, et infideliter relata;
 talis est sacra scriptura q̄o. P̄ter mi. quo ad primā partē nā Capite 10. Mat.
 Dixit X̄tus Apostolis: nil hauritis in via, neq̄ p̄ter, neq̄ calceamenta, neq̄ virgā
 sed Marci Cap. 6. dicitur: precipite in via nil ferre nisi virgā et sandaliā
 Similiter Math. 10. dixit X̄tus: non veni pacem mittere sed gladiū; sed Ioan. 20.
 dixit: pacem relinquo vobis q̄o. Tandem Ioan. 5. dixit: si ego testimonium p̄terhi-
 beo de me ipso non est verū. Sed Cap. 8. eundem dicitur: et si ego testimonium p̄terhibeo
 de me ipso t̄m̄ verū est testimonium meū.

Deinde P̄ter eadem mi. quo ad 2^{am}
 partem nā D. Maxus attribuit illa verba Ecce ego mitto Angelū meū; sed
 haec verba non sunt Isaia, sed Malachia q̄o. sunt infideliter relata. Preterea
 Math. 27. circa traditionem X̄ti adimpletū fuisse Vaticiniū Jeremiae dicentis: ac-
 cepit triginta argenteos p̄teris ap̄teris; sed haec verba non Jeremiae sed
 Zachariae sunt q̄o.

Respondetur
 ad continetur ad primā probationē prima partē: X̄tu solū prohibuit p̄ter
 solū virgā ofensivā et defensivā, et calceamenta t̄m̄e maiore parte in pedis ope-
 rientia in quibus nulla op̄tio invenitur nā cū prohibetur virgā intelligitur de
 ofensiva et defensiva, quādo virgā precipitur intelligitur de saculo viatoris. Si-
 militer nō prohibetur sandalia sed calceamenta modo supra dicto. Ad 2^{am}
 probationē dicimus X̄tu verā pacē animā inducere sed occasione passionum car-
 nis belū, et gladiū contra Carnē, et iū passionem inducit ut ex hac victoria

vera pat in anima resultaret. — Ad 3^{am} probationem dicimus testimonium cuiuslibet ergo se ipsum comunitate esse obnoxium suspicioni, neq. ut firmu sibiliter habetur, et ideo si xptus esset quous homo ut homines existimabant testimonium no esset veru in quo sensu loquitur xptus in primo testimonio primo relato, sed quia xptus no est quous homo sed homo Deus qui in falae nec soli potest dixit in secundo testimonio testimonium veru esse.

Ad 1^{am} probationem 2^a parte hinc Clamula adequata D. Marii comitate ex duplici parte quaru una in Isia, alia in Malachia reperitur. Eor enim Clamula: Cece ego mitto Angelu meu ante faciem tua, qui preparavit via tua ante te. Vox clamantis in deserto parate via Dni rectas facite semitas eius. Praemittit autem Evangelista Profeta Isia forte atenta ipius pra alio dignitate sed aleptio licet anteposita vi veritatis propiu. Mitoa deignat — Ad Secunda probationem respondet D. Hieron. se vidisse verba relato in quibusda scriptis Jeremia sed quia plura volumina qua antiquitus fuerut in Canone perierunt inter qua numerantur descriptiones Jeremia; nunc formaliter in ipso no inveniantur sed tantu equivalentia ut ait Hieron. super Isia Cap. I. his verbis in multis qua Apostoli et Evangelista de libris veteribus auerunt attendendu est, illor non sciantur fuisse ordinu verboru sed sensu.

Argumentum 3^o. Sacra scriptura est verbu illius cuius conceptu manifestat, sed sacra scriptura ita aliquando manifestet conceptu Dei ut cu dicitur: hac dicit Dominus. Aliquando manifestat conceptu alioru qd Lux mi. in sacra scriptura aliquando loquitur Angelus, et aliquando loquitur Demon ut constat ex pluribus ipius scriptura sed in his locis sacra scriptura no manifestat conceptu Dei sed conceptu Angelii vel Demoni. qd. — Hinc distinguendum manifestat conceptu alioru materialiter et indirecte modo formaliter et directe ne qd mi. et consiga quia licet Angelus loquatur in sacra scriptura cu loquatur in persona Dei et ab eo sit missus conceptu Dei manifestat. Si tamen loquitur Demon verba eius no sunt de conceptu, et approbatione Dei. Est autem de conceptu Dei verba illa esse a Demone prolata iuxta propria mente. Unde verba illa ut a Demone prolata no constituunt sacra scriptura, sed si considerantur no ut a Demone prolata, sed ut a Deo per sacros scriptores relato sacra scriptura constitut et verbu Dei continent. 2. 3^o utu ut scriptura sit sacra sufficiat Dei approbatio vel sententia aut verboru inspiratio vel requiratur omnium usq. ad apices formalis revelatio.

Quaestio Tertia. Utrum ut Scriptura sit Sacra Sufficiat Dei approbatio vel Sententia aut verboru inspiratio vel requiratur omnium usq. ad apices formalis revelatio.

Nota 1^o scriptura aliqua dupliciter sacra apelari posse. 1^o extrinsece tantu, scilicet, quia tractat de Deo vel de rebus sacris ad ipsum dirigentibus vel quia post qua humano scripta fuit exata approbatione Divina inquit ut sunt scripta D. H. pro quibus audiuit a xpto Dno: bene scripsisti de me Thomas. Ex quo clare sequitur scriptura sup. Prop. esse sacra saltem extrinsece, et moraliter ut nemo negavit. 2^o modo scriptura potest dici sacra quia videlicet fuit immediate scripta aut dictata a Deo et haec est propinqua causalitas inferens intrinseca constitutio scripturae ab humana essentialiter diversa et in ratione sacra constituta.

Nota 2^o. Scriptura hoc secundo modo considerata tripliciter usurpari posse quia vel

vel solū ipse sententia et nō verba quibus scribitur originata a Deo, vel e contra
 Verba et non sententia a Deo procedunt, vel tandem quia respectu cuiusq. specialis
 autor est Deus Scriptura 1^o ex huiusmodi consideratione tantū inadeguate dicitur
 sacra, hoc est, nō peculiariter et elicitive a Deo quoad omnia; huiusmodi sunt De-
 creta Pontificii loquentis ex cathedra ad fidem et mores spectantia, quorū sententia
 immediate a Deo originantur. Sicut verba quibus exarantur arbitrio, et casualitate hu-
 mana relinquuntur. Scriptura secundo modo accepta supponit species in mente scri-
 ptoris inprehensibilis quibus superadditi quidam modus quo elevantur et infalibiles redigū-
 tur et certis verbis a Deo dictatis divina inspiratione exarantur; et scriptura in hac co-
 sideratione, adeguate sacra communiter appellatur. Tandē si scriptura 3^o modo summa-
 tur aliq. controversia adeguate sacra ab omib. Deo habetur quia ad eā in hac accep-
 tione exaranda Deus per propria revelationē mittit in mente script. sententias vel species
 a rebus deruptas, et speciali, et principali influxu ministrat singula verba, apices, et si-
 labas quib. exaratur.

Nota 3^o quod approvatio Dei in qua aliquā scriptura est
 quaedam ipsius Dei testificatio conformitatis stans cū veritate eterna vel creature
 de quib. tractat ipsa spta, quae approvatio extendi valet vel ad sententia precise, vel
 solū ad verba spturae approvata, vel tandem ad utruq. simul. Supponit autē hinc ac-
 tus Dei approvativus nō vel scripturae approvanda cū suo esse adeguate, sive ab hu-
 mano, sive a Divino influxu originato, quia prius est esse rei quā iudiciū de quali-
 tate ipsius perfectione.

Nota 4. qd licet inspiratio et revelatio aliquando confundū-
 tur ut constat ex illis verbis D. P. 2. cap. 1. omnis prophetia scripturae propria inter-
 pretatione nō fit: sed sptura sibi inspirati locuti sūt Dei homines. P. ab. dubio
 inspiratio pro revelatōe accipitur. Inspiratione late sumpta et revelatōe improp-
 rie accepta. Tandē revera inspecta, et in rigore loquēdo realiter inter se distinguitur
 nā inspiratio stricte accepta est motus, inclinatio, seu excitatio ad percipiendā veri-
 tate quā Deus vult alicui manifestare; revelatio vero est actus Divina a seferens vela-
 men quo nobis rei intelligētia regebat. vel ut brevius loquamur est veritatis ma-
 nifestatio. In quibus clare consistat inter utraq. distinctio: nā inspiratio nō mani-
 festat veritatē quod est propriū revelatōis sed solū excitat ad percipiendā ve-
 ritatē infusa, seu revelatā, et de inspiratione in hac stricta acceptōne considera-
 ta praesens difficultas procedit quibus praenotati.

Dicendū est 1^o nō sufficere apro-
 vationē Dei ut scriptura sit intrinsece et essentialiter sacra. ita N. C. 1. a. 1.
 Hieron. predic. 1. q. 3. N. Anton. a Matre Dei, et est adeo certa inter Theologos
 qut opinari nota temeritatis plures inurant, et improbilem esse censent.
 Quae 1. sed efficaci ratione: sacra sptura est propria, et essentialiter verbum
 Dei; sed de ratione verbi Dei est quod procedat a Deo per verū influxū, ead
 ipsū dicat relationē originis pō. scriptura sacra proprie talis procedit a Deo
 ut effectus a causa et ad ipsū dicit relationē originis; sed per solā Dei apro-
 vationē nō dicit sptura relationē originis ad Deū sicut effectus ad causā
 pō. sola Dei approvatio nō sufficit ut sptura dicatur propria et essentialiter
 sacra. Primes. Philosophus indubitata continet doctrinā: miror vero subnosta
 proferit 1^o quia licet Deus approvaverit scripta D. Thome nō dicit relationē ori-
 ginis a Deū neq. Deus est autor specialis illorū sed D. Thomae 2^o quia ex
 eo quod censor approvet librum alterius testificans esse consonū veritati nō propria
 est autor libri; sed mens censor.

Confirmatur quia idē effectus nō potest proce-

procedere a Duobus causis adequatis et particularibus: sed scriptura humana
spiritu scripta licet a Deo approbata secundum totum suum essentialem procedit ab
homine quod non procedit a Deo; sed hoc ex necessitate ut scriptura illa esset valiter
sacra. Maior supponitur ex N. N. Comp. in Phil. quod. 3. A. minor ut cetera; quia
prius ut esse scilicet scriptura quam approbatio vel iudicium dei ipsa scriptura; reliqua
per se patent.

Dicendum est 2.º quod inspiratio ut a revelatione distincta non
sufficit ut scriptura sit intrinsece et essentialiter sacra. Ita N. Com. loc. cit. Præter
ea: sacra scriptura est proprie et essentialiter verbum Dei sed inspiratio ut a re-
velatione distincta non sufficit ut scriptura sit verbum Dei proprie et essentialiter tale
quod. Præterea mi. 1.º quia inspiratio ut a revelatione distincta potest fieri tantum
circa voluntatem qua moveatur sic et fervide applicetur scriptor ad percipi-
endum et exarandum scripturam; sed verbum Dei spiritum derivatur ab intellectu et ad
spiritum dicit relationem originis; quia verbum externum a verbo interiori procedit ut
ait D. Thom. quod de veritate. art. 3. quod. Præterea 2.º eadem mi: quia licet inspiratio fiat
circa intellectum adhuc cum ipsa componitur species humanitatis comparata, et ver-
ba ab ipso electa et pronuntiata, aliter enim non esset mera inspiratio; sed eo ip-
so quod species et verba sunt ab homine scriptura non potest esse verbum Dei
proprie et essentialiter tale ut patet quod. Confitemur quia nemo abigit D. Aug.

D. Greg. et alios Celicia Patru scripsisse inspiratos a Deo eique specialissimo au-
xilium eorum opera in Celicia utilitate fuisse concepta ut ex eorum opera dignita-
te, profunditate, et multitudine potest inferri; sed nulus horum Patrum scripturam
intrinsece et essentialiter sacram exaravit; quod ut scriptura sit intrinsece et essentialiter sa-
cra non sufficit inspiratio ut a revelatione distincta quod.

Dicendum est 3.º ad scrip-
turam intrinsece et essentialiter sacram necessarium esse omnino usque ad apices esse fideliter
revelata si revelatio ex parte sententiarum sumatur prout convenit cum inspiratione dicto
de verba silaba puncta et apices sunt stricte et rigorose revelata. Præterea par-
ticularium constat ex 2.º notabili et in super breviter præter: revelatio sententiarum
sumpta revelatione prout convenit cum inspiratione sufficit ad munus scriptoris sa-
cra quod. etiam sufficit ut scriptura sit essentialiter sacra. Præterea autem ex D. Petrus Ap. 1.
2.º Cap. 1. ubi ait: omnia prophetia scripturae propria interpretatione non sunt; sed
sed scripturae istae inspiratae locuti sunt sancti Dei homines ubi ab dubio inspira-
tio pro sententia accipitur inspiratione late supra et revelatione proprie
accepta ut diximus notabili. A. sed in sua autoritate loquitur D. Petrus
de revelatione seu inspiratione sententiarum et non de proprie verborum quia
verba debent esse stricte revelata ut constabit ex probatione 2.º partis quod
revelatio sententiarum supra revelatione prout convenit cum inspiratione su-
fficit ad munus scriptoris sacra.

Deinde 2.º reperiuntur passi Chusoni scriptura
1.º ex sacra scriptura quia Jeremid Cap. 1. dicitur: Eecce dedi Verba mea in
ore tuo: et Math. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed scriptura patris ves-
tri qui loquitur vobis: quod. Verba sacra scripturae sunt a Deo indita et for-
titer revelata; sed verba scripturae rationali constituta includunt omnes ac-
centuationes sine quibus scriptura vitiosa evadere potest, quod non solum verba
sed etiam silaba, apices, et puncta sunt a Deo indita et fideliter revelata.

Præterea

1A. Præ Secundo ratione: Deus ut autor specialis sacre scripturae, sed in
Deus non dicitur silabas, puncta, et apices sacre scripturae non esset autor
specialis illius: pro. Ita constat ex definitione sacre scripturae quae sic se habet:
Verbum Dei fideliter scriptum ipso Deo peculiari auxilio. Min. vero præ
Deus non ut autor specialis illius scripturae cuius aliquid essentialiter
subterfugit ejus immediatum et speciale influxum; sed verba, silabas, puncta
et apices hoc vel illo modo affixi, sunt quid essentialissimum sacre scripturae
pro si omnia hæc subterfugit immediatum et speciale influxum Dei, Deus
non erit autor specialis sacre scripturae. Præ. mi. id ex cuius ablatione, seu
mutatione essentia rei detrahitur, aut mutatur est illi quid essentialiter, sed
ex ablatione seu mutatione accentuationis essentia sacre scripturae detrahitur
itaque et in scriptura præva mutatur ut patet in hac propositione: surrexit.
non est hic: quæ hic verbi hoc modo punctuati, est catholica; et tamen pun-
ctuatione mutata resultat propositio hæretica, scilicet: surrexit? non: est hic
pro verbo, silabas, apices, et puncta, hoc vel illo modo affixi sunt quid essentialiter
sacre scripturae.

Confirmatur Constitutio phisicæ sacre scripturae est ipsi
quid essentialiter, sed verba, silabas, apices, et puncta, ut a Deo dictata et revelata
constituit phisicæ sacre scripturae: pro omnia hæc ut a Deo dictata, et revelata
sunt quid essentialiter sacre scripturae: distinctivum phisicæ ab aliis sacre scripturae
ab aliis scripturis non sacris est ejus constitutum phisicæ; sed silabas, apices, et
puncta ut a Deo dictata, et revelata distinguunt phisicæ sacre scripturae ab
aliis scripturis non sacris scilicet a decretis concilii generalis et definitionibus
pontificis quorum sententia licet sint a Deo specialiter, tamen ut continen-
tur sub his determinatis verbis, et accentuationibus non sunt specialiter ab
ipso pro.

Arguitur 1.º contra 1.º Conclusionem. Cui convenit proprietas sacre
scripturae sacre scripturae ut; sed scriptura humana ut a Deo approbata convenit
sunt proprietas sacre scripturae. pro. Præ. mi. Veritas infalibilis est proprietas sa-
cre scripturae; sed scriptura humana ut a Deo approbata convenit veritas infalibilis,
alias non esset approbata a Deo pro. Confirmatur scriptura humana ut a
Deo approbata dicit relationem originis ad ipsam Deum pro, ut proprie sacre scri-
pturae pro ad scripturae sacre sufficit Dei approbatio. Ut ad. consequ. constat, et
ant. præ. scriptura humana ut a Deo approbata causatur ab ipso Deo pro.

Responsio
